

helms-Anstalt hat er mehrere Reden gehalten<sup>1)</sup>, welche zum Theil desswegen von besonderem Interesse sind, weil sie seine allgemeine Auffassung der Natur, des Organismus, des Verhältnisses der Natur zum Geist und Braun's Verhältniss zum Darwinismus darlegen.

(Fortsetzung folgt.)

## Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

### VI.

(Fortsetzung von Flora 1877 pag. 77.)

48. *Synechoblastus Robillardii* Müll. Arg., magnitudine et forma et consistentia nec non plicis thalli simillimus *Synech. Vespertiloni* Trev. s. *Collemati nigrescenti* Ach., at sporis omnino diversus, thailus tamen magis nigricans et hinc inde subviscoso-nitidulus. Apothecia magis quam in comparata specie adpressa, fere duplo majora, sc. 1—1½ mm. lata, caeterum consimilia v. paullo obscuriora. Sporae in ascis octonae, 28—38 µ. longae, medio 3½—4 µ. latae, biclavato-cylindraceae, utrumque apicem versus nonnihil incrassatae saepeque paullo curvatae, utriusque rotundato-obtusae, evolutae 4—8-loculares. — Ambitus sporarum fere ut in Nyl. Syn. t. 2. fig. 8, quoad sporas duas majores, sed medio angustior. — Habitat corticola in insula Mauritii, ubi leg. cl. V. de Robillard.
49. *Ramalina caracasana* Müll. Arg., thallus ochroleuco-substramineus, irregulariter laciniato-divisus, laciniae rigidae, complanatae, plano-canaliculatae, undique costato-subreticulato-rugosae, tuberculis undique sparsis parvis apice albidis

<sup>1)</sup> Rede zur Feier des 58. Stiftungsfestes des Friedrich-Wilhelms-Instituts am 2. Aug. 1852. Berl. Gbr. Unger 8°. — Ueber die Bedeutung der Morphologie. Rede zur Feier des 68. Stiftungstages des Friedr.-Wilh.-Instituts am 2. Aug. 1862. Daselbst 8°. — Ueber die Bedeutung der Entwicklung in der Naturgeschichte. Rede zur Feier des Stiftungstages des Friedr.-Wilh.-Instituts am 2. Aug. 1872. Berl. Gust. Lange 8°. — Ueber den Zusammenhang der naturwissenschaftl. Disciplinen unter sich und mit der Wissenschaft im Allgemeinen. Eintrittsrede in die philos. Fakultät der berliner Universität, gehalten 14. März 1855. Leipzig W. Engelmann 1855 8°. — Ansprache bei der Eröffnung des Semesters am 15. Oktober 1865 in der Aula der kön. Friedr.-Wilh.-Universität. Berl. Druckerei Akad. d. Wissst. 1865 4°. — Gedächtnissrede gehalten am 3. Aug. 1866 auf der kön. Friedr.-Wilh.-Universität. Daselbst 1866 4°.

exasperatae, ultimae longiusculo tractu aequilatae, acuminatae v. bifurcatae; apothecia sub apice refracto subterminalia, evoluta 5—7 mm. lata, plana, tenuissime marginata; albescenti-carnea, dorso laevia v. hinc inde lacunoso-rugulosa; sporae 14—18  $\mu$ . longae,  $3\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$   $\mu$ . latae, arcuatae, semilunatae v. pro parte rectae. — Primo intuitu specimina majuscula simulat *R. complanatae*, quacum praeter sporas fere omnino convenit, hae autem ambitu multo tenuiores sunt et saepissime valde arcuatae observantur, nec ut in comparata specie fere semper rectae v. leviter tantum incurvae, nec  $2\frac{1}{2}$ -plo tantum longiores quam latae. Sporae fere cum iis *R. denticulatae* Eschw. convenient, sed planta colore partium et habitu (et med. K —) cum *R. complanata* tantum comparanda est. Planta 5—6 cm. alta, laciniae primariae  $2\frac{1}{2}$ —3 mm. latae, reliquae  $1\frac{1}{2}$  v. hinc inde, ubi furcatae,  $2\frac{1}{2}$  mm. latae. Habitat ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst n. 230.

*B speciosa* Müll. Arg., tota magis evoluta, circ. 10 cm. alta, laciniae primariae 4—6 mm. latae v. ad bifurcationes latiores, superne altero latere v. saepius utrinque pectinatim lacinuligerae v. etiam apice flabellatim lacinuligerae. (Apothecia et sporae conspecifica.) — Habitat ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst n. 222.

50. *Ramalina complanata* Ach. var. *costata* Müll. Arg., thallus circ. 8—15 cm. altus, rigidus, laciniae primariae 3—7 mm. latae v. ad ramifications usque 10 mm. et ultra latae, planae, valde prominenter pluricostatae v. prominenter sub reticulatim costatae, secundariae (hinc inde clathratim connexae) 2—3 mm. latae, saepius 4—6 cm. longae, late canaliculatae, sparse tuberculato-asperae et marginibus hinc inde tuberculis concoloribus aggregatis ornatae. Habitat in arborum truncis ad Rio Blanco prope Orizaba: Fred. Müller.
51. *Lecanora fusco-coccinea* Nyl. Lich. exot. Bourb. p. 257 eadem est ac *Lecanora subfusca* v. *campestris* Schaer. In ipsissimo specimine orig. (Lepervanche-Mézières n. 78, ex hb. Bory de Saint-Vincent, in hb. Thuret., nunc Bornetiano) coccinei in disco apotheciorum nihil adest, sed discus coloratus est ut in comparata specie, sc. *fuscus* v. *fusco-nigricans*, maderfactus laetius *fuscus* v. *rubescens*-*subfuscus* ut in planta europaea. Margo apotheciorum integer, albidus, lamina,

hypothecium, forma et magnitudo sporarum, et thallus minute subgranulosus caeterum optime convenient.

52. *Lecanora caesio-rubella* Enumerationis Lich. Bourb. clarissimi Nylander, s. Lich. exot. p. 257 (ex specim. borbonico Le-perv.-Mézières n. 68, ab ipso Nyl. inscripto), a planta boreali-americana Acharii thallo crasso inaequali, apotheciis nigrescenti-pruinosis demum atratis, intus infra laminam albida altissime fusco-nigris eximie differt, at lamina non solum sporis sed etiam ascis evolutis omnino caret. Est planta apotheciis juvenilibus tantum ornata *Lecideae megacarpae* Nyl. Lich. exot. Bourb. p. 260, e Mauritii insula descriptae (unde recenter etiam a cl. de Robillard missa). Margo apotheciorum juniorum albidus est et bene Lecanoram simulat, sed gonidiis, quae in thallo globosa et diametro 9  $\mu$ . aequaliter, destitutus est. *Lecanora caesio-rubella* Ach. inde e Flora borbonica delenda est.
53. *Pertusaria communis* v. *minor* Müll. Arg., thallus rugoso-inaequalis, superficie laevigatus, verrucae quam in planta genuina speciei minores, sc.  $\frac{6-9}{10}$  mm. latae, depresso-hemisphaericae, gibboso-inaequales, albido-cinereae, 1—6-carpicae, ostiolis depressis nigris hinc inde annulo latiusculo griseo-fumoso cinctis. — Cum *P. communi* comparata prima fronte verrucis minoribus distinguitur. Reliqua cum specie bene convenient. — Habitat ad cortices in insula Mauritii: V. de Robillard.
54. *Lecidea haemophaea* (Nyl. in Flora 1869 p. 122) v. *subparvifolia* Müll. Arg., thallus illum *Lecideae parvifoliae* Pers. omnino simulans, minute imbricato-squamulosus, squamulae palmatim lobulatae v. crenatae, cinereo-virentes, subtus minute albido-villosulae, margine subciliolatae, apothecia obscure tincta et hypothecium crasse rufum ut in *Lecidea haemophaea* Nyl. (fid. specim. Sprucean. n. 185 e Yurimaguas); sporae 11—13  $\mu$ . longae, 2  $\mu$ . latae. — Crescit ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst n. 114.
55. *Lecidea* (sect. *Psora*) *Ernstiana* Müll. Arg., thallus imbricato-squamulosus, protothallo fusco-atro pannoso late zonato-cinctus, squamulae formam genuinam *Lecideae parvifoliae* referentes et similiter palmatim crenulatae v. lobulatae, supra flavidо- v. fuscescenti- v. rubello-virentes, subtus autem, ubi pallidae, parce fusco-pannosae, hinc inde cum fasciculis fib-

rarum protothalli prominentibus mixtae; apothecia ut in *L. haemophaca*, rufo-fusca, primum plana, marginata, mox autem convexa et gibboso-sympicarpea, epithecium lamina et hypothecium crassum hyalina v. pallide fulvescentia, perithecium autem et pars infima apothecii immediate in medullam abiens intense cupro-rufa, paraphyses arcte conglutinatae, asci 8-spori angusti, sporae (simplices, hyalinae) minutissimae,  $4\frac{1}{2}$ —7 v. raro usque 8  $\mu$ . longae, circ.  $2\frac{1}{2}$  ( $2\frac{1}{2}$ — $2\frac{3}{4}$ )  $\mu$ . latae. — Protothalli zona thallum cingens circ. 2—4 mm. lata, e filamentis 5—6  $\mu$ . latis divergenter ramosissimis et intricatis composita. Species elegans e cohorte *L. parvifoliae* et praesertim protothallo et minutie insigni sporarum, illam *Lecidæa microspermae* Nyl. ex insula Borbonia in mentem revocante distincta. Omnium proxima est *L. subvirescens* Nyl. in Trian. et Planch. Prodr. Nov. Granat. (in 8°) Suppl. p. 553, a qua zona lata fere nigerrima protothalli (cujus filaments similiter crassa), apotheciis etiam juvenilibus longe obscurioribus et sporis subdupo minoribus distat. — Habitat ad corticem prope Caracas: Dr. Ernst n. 190.

56. *Opegrapha melanospila* Müll. Arg., thallus parasitice endothallinus, thallum alienum disculis sat regulariter orbicularibus  $3\frac{1}{4}$ — $5\frac{1}{4}$  mm. latis ambitu distincte limitatis hinc inde confluentibus fusco-atris maculans, e filamentis atrofuscis 4  $\mu$ . crassis formatus; lirellae in centro discolorum 2—4 acervatae, tantum  $1\frac{1}{8}$ — $1\frac{1}{5}$  mm. (v. saepius  $1\frac{1}{7}$ — $1\frac{1}{6}$  mm.) longae, simplices v. medio genuflexo uniramulosae, simplices subrectae, utrinque rotundato-obtusae, circ.  $1\frac{1}{12}$ — $1\frac{1}{14}$  mm. latae, adpresso-sessiles, margines tumidi, obtusi, nigri, sulco angustissimo tantum inter se hiantes; perithecium basi crasse integrum, atro-fuscum, lamina fuscescens, asci obovoidi, 8-spori; sporae 13—14  $\mu$ . longae, 5—6  $\mu$ . latae, oblongato-ovoideae, utrinque rotundato-obtusae, constanter 3-septatae et hyalinae. — Prope Caracas in pagina superiore *Parmelia perforatae* v. *ciliatae* hospitat perexigua et elegantula species, in cl. Dr. Ernstii n°. 12.
57. *Glyphis cassia* Müll. Arg., thallus endophloeodes extus indistinctus, stromata anguloso-rotundata, 3—4 mm. lata, hinc inde confluentia, valde deplanata et tenuia, intense caesia, creberrime lirelligera; lirellae astroideo-subdichotome ramosae, canaliculato-concavae, hinc inde denudatae, caeterum intense caesio-pruinosa, demum planissimae et latiusculae, tantum

marginibus pallidioribus vix prominulis segregatae et intense coerulecenti-caesiae, intus nigro-fuscae, hypothecium crassiuscula atro-fuseum; ascii angusti 8-spori; sporae 17—22  $\mu$ . longae, 7—8  $\mu$ . latae, oblongato-ellipsoideae, 4—5-locales, fuscae. — Species pulchella, jam lirellis longioribus haud excavato-canaliculatis demum latioribus et insigniter deplanatis et caesiis et dein sporis majoribus a polymorpha *Glyphide labyrinthica* differt. Lirellae demum planae ut in *G. medusulina* Nyl., quae, etiamsi hypothecium nigrum, non huic generi, sed *Graphidi* adscribenda est. Nostrae proxima est *G. actinoloba* Nyl. (in Prodr. Nov. Granat. p. 108), quae bene differt (ex specim. Lindigiano) sporis majoribus, stromatibus minoribus minusque angulosis et magis albescentibus, lirellis angustioribus et nudis fuscis. — Habitat ad corticem prope Caracas: Dr. Ernst n. 119.

58. *Pyrenula sexlocularis* Müll. Arg., lichen est fide herbarii Bory de St. Vincent), e Bérbonia ortus, a cl. Nylander (Lich. exot. Bourb. p. 261) pro *Verrucaria aspista* Féé enumeratus, qui sporas offert constanter 6-locales, fuscas, in ascis octonas, circ. 25—30  $\mu$ . longas et 10  $\mu$ . latas et paraphyses copiosas. Lichen extus revera perfecte *Verrucariam aspistam* aut *Pyrenulam nitidam* v. *nitidellam* simulat, unde *Verrucariae sexloculari* Nyl. (in Prodr. Nov. Granat. p. 76, Synops. Lich. Nov. Caledon. p. 87), longe post Lich. exot. Bourb. editae, referendus est.
59. *Pleurothelium* Müll. Arg. gen. nov.  
Thallus crustaceus. Apothecia pyrenocarpica, perithecia in verrucis thallinis v. stromatibus solitaria, obliqua, ostiolo verrucam lateraliter perforantia, nucleus paraphysisibus clathratim ramosis praeditus, sporae transversim divisae, fuscae. — Erga *Parathelium* Nyl. in Bot. Zeit. 1862 et Lich. Nov. Granat. t. 2. pr. p. hoc genus exacte (exceptis sporis) se habet ac *Trypethelia monohymenca* erga *Verrucariam*. — Plantae primo intuitu satis *Pyrenulam nitidam* referentes.
60. *Pleurothelium indutum* Müll. Arg., syn. *Parathelium indutum* Nyl. in Lich. Nov. Granat. (in 4<sup>o</sup>) p. 79. t. 2. fig. 54, ex icone clare huic novo generi adscribendum est et a sequente specie praeter alia sporis triplo minoribus differt.
61. *Pleurothelium Ernstianum* Müll. Arg., thallus effusus, subtenuis, argillaceo-pallens, superficie laevis et nonnihil nitidulus, intus albus; perithecia in verrucis mastoideis sub-

depresso-hemisphaericis  $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$  mm. latis hinc inde germinatim v. subgregatim confluentibus solitaria, valde obliqua, pyriformia, tenuiter integre nigra, crassiuscula a verruca tunicata, ostiolo fusco-nigricante verrucas. lateraliter perforantia, supra superficiem tamen non v. leviter tantum emergentia; nucleus et hypothecium pallida, paraphyses copiosae, tenuissimae, vix  $1\frac{1}{2}$   $\mu$ . latae, clathratim ramosae; asci 8-spori; sporae 4-loculares, fuscae, circ. 125  $\mu$ . longae et 40  $\mu$ . latae. — Peritheciun in quaque verruca obliquum, fere ut in Nyl. Lich. Nov. Granat. (4<sup>o</sup>) t. 2. fig. 54, inferne  $\frac{7-10}{10}$  mm. latum, demum saepe parte supera cum tunica thalina secedente mutilatum. Ambitus sporarum ut in laudata t. 2 fig. 52, medio tamen v. ad omnia 3 dissepimenta non-nihil constrictus. — Habitat ad cortices prope Caracas: Dr. Ernst n. 130.

62. *Sticta Ambavillaria* v. *papyrina* Nyl. Lich. exot. Borbon. p. 253, s. *Stictina Ambavillaria* v. *papyrina* Nyl. Synops. p. 346 (ex specim. orig. in hb. Bory de St. Vincent a cl. Bornet benevolo communicato) optime cum *Stictina tomentosa* Nyl. Syn. p. 243 congruit et cum hac specie jungenda est, *Sticta Ambavillaria* ipsa autem diversa est.
63. *Ramalina bicolor* Müll. Arg., thallus suberectus, dense caespitose crescens, circ.  $1\frac{1}{2}$ —4-centimetralis, divisiones rigidae, irregulariter tetra-pentagonae, prominenter angulosae, cinereo-testaceae, pallide longitrorsum striatae, dichotome divisae, superne depauperato-dendroideo-ramulosae, nunc sublaeves, nunc parcius v. densius setiformi-ramulosae, superne distanter late nigro-annulatae, 1—2 mm. latae v. superne tenuiores, rarius superne 2—3 mm. latae et subdeformes, raro etiam hinc spiraliter tortae, superne spermogonia gerentes. Apothecia lateralia v. in ramulis geniculatim flexis sita, podicellata,  $1\frac{1}{2}$ —2 mm. lata, discus planus, caesio-testaceus, margo tenuis, testaceus, leviter v. non prominens, receptaculum subtus laeve. Lamina circ. 65  $\mu$ . alta, hypothecium indistinctum v. pallide olivaceum, paraphyses et asci hyalini, sensim in hypothecium latum viridi-hyalinum abiens, asci circ. 55—60  $\mu$ . alti, cylindrico-clavati, superne pachydermei, 8-spori. Sporae 10—12  $\mu$ . longae, 5— $5\frac{1}{3}$   $\mu$ . latae, ellipsoideae, incurvae v. hinc inde subrectae. Spermogonia undique atra, innata, apice dilatato  $\frac{1}{4}$  mm. lata,

inferne  $\frac{1}{3}$  mm. (180  $\mu$ .) lata; receptaculum basi extenuatum, filamentis anastomosantibus repleta (K violaceo-obfuscatum). Spermatia evoluta haud visa. — Stratum corticale 30—45  $\mu$ . crassum, subamorphum v. hinc inde obsolete pertuso-alveolatum, addito K distinctius conglutinato-filamentosum, (medulla K haud tingitur). Soredia haud visa.

Huic proxima est *R. melanothrix* Nyl. Syn. 1. p. 290 et Recogn. Ram. p. 12, sed nostra ab hac, cui similis, praesertim differt ambitu sporarum, sc. sporis duplo tantum nec 3—4-plo longioribus quam latis et dein ramis validioribus discernitur. Sterilis autem vix nisi thallo minus opaco et ramillis aliter coloratis quodammodo a planta capensi distingui potest.

Habitat in Brasilia prope Bahiam, ad ramulos: Blanchet.

64. *Ramalina maculata* Müll. Arg., thalli divisiones paucirameae v. subsimplices, circ. 1— $1\frac{1}{2}$ -pollicares, flexuoso-curvatae, rigescentes, 1— $1\frac{2}{3}$  mm. latae, fere undique aequilatae; teretiussulae, irregulariter angulosae, praesertim in angulis albido-costulatae, caeterum laeves, superne subinde ramillis exiguis 2—4 mm. longis pectinatim sitis apice vulgo ustulatis munitae, rufo-fuscescentes, hinc inde late piceo-maculatae; apothecia subcopiosa, lateralia et terminalia, distincte podicellata, receptaculum dorso leve, margo tenuis, junior prominens, et thallo concolor, discus evolutus plano-convexus et tum margine tenui integro non superatus, fusco-glaucescens; sporae 14—15  $\mu$ . longae,  $5\frac{1}{2}$ — $6\frac{1}{2}$ ,  $\mu$ . latae, ovoideae, utrinque obtusae, rectae (more congenitum 2-loculares et hyalinae). Spermogonia non visa.

*R. melanothrix* Nyl. et *R. bicolor* proxime affines sunt unde spermogonia *R. maculatae* verisimiliter nigra. Prior praesertim sporis gracilibus recedit, *R. bicolor* praeter alia sporis incurvis et paullo majoribus, ambae dein habitu multo graciliore.

Habitat in Guinea, unde cl. Willd. cum cl. Bory de Saint-Vincent communicavit (v. in hb. Boryan. nunc hb. Bornetian.).

65. *Ramalina stenospora* Müll. Arg., thalli laciniae 1— $1\frac{1}{2}$ -pollicares, lanceolato-lineares, depauperato-lineari-laciinatae, plano-compressae, subinde minute lacinulatae, 1—4 mm. latae, subacuminatae, rigescentes, fuscescenti-pallidae, irregulariter et crebre albido-striato-costulatae, caeterum laeves, v. interdum tuberculis paucis marginalibus adspersae, opacae;

apothecia lateralia et terminalia, praeter juvenilia subpillari-gyalectiformia circ. 2—3 $\frac{1}{2}$  mm. lata, podicellata, dorso subconcentrica subsoredioso-albo-lincolata, margo subinteger et tenuis, discus demum plano-convexus, albescenti-pruinosus; sporae 15—22  $\mu$ . longae, tantum 3 v. 3 $\frac{1}{2}$   $\mu$ . latae, nivalares, utrinque acutiusculae, rectae v. hinc inde obsolete curvatae v. obsolete sigmoideae.

Intermedia est inter *R. alludentem* Nyl. Recogn. Ram. p. 32 et *R. subfraxineam* ejusd. l. c. p. 41, prima fronte similis *R. fraxinea* speciminibus parvulis. Sporae interdum occurunt 4-loculares. Laciniae thalli subinde angustae et planta tum primo intuitu ad *R. temucum* Tuck. valde accedit et subinde cum ea mixta crescit, at laciinis complanatis, etiam ultimis, statim recognoscitur.

Habitat prope Nouvelle Orléans Louisianae, ad truncos arborum frequenter ut videtur, ubi leg. cl. Lafayette 1826 (hb. Bory de Saint-Vincent nunc hb. Bornetian.).

66. *Verrucaria caesiopsis* Anzi Symb. p. 23. (fid. Anzi exs. n. 364) cum *Sagedia Gisleri* comparata in meo specimine re-vera sporas offert saepissime simplicēs ambitu latas, sed occurunt etiam magis oblongatae 2-loculares et 4-loculares ut in *Thelidiis* nonnullis etsi miuus regulariter divisae, et aliae demum rarae, adhibito Kali caustico clare depauperato-parenchymaticae, sc. loculis intermediis oblique sectis præditae. Planta inde non sistit nisi statum juniores minus evolutum *Polyblastiae foranae*, a qua ex cl. Anzii sententia nonnisi sporis simplicibus recōgnosci potuit.

67. *Sagedia* (sect. *Thelidium*) *Gisleri* Müll. Arg., thallus tenuissime farinoso-tartareus, haud limitatus, caesius; apothecia in thallo semiinnata, sphaerico-amphoïformia, vertice late depresso-truncata, demum pertusa, parte e thallo emergente undique nuda, aterrima, opaca,  $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{4}$  mm. lata, paraphyses indistinctae, asci ventricoso-obovoidei, 8-spori; sporae 4-loculares, fusiformi-ovoideae, 30—37  $\mu$ . longae et 10—12  $\mu$ . latae.

Thallus distinctus sed valde tenuis, demum argillaceo-de-colorans. Apothecia exigua, insigniter truncata et hoc charactere et thallo nulli nisi *Verrucariae caesiopilae* Anzi similis, quae caeterum nil nisi status junior *Polyblastiae foranae*, sporis paullo brevioribus ambituque latioribus demum laxe parenchymaticis et thallo fere omnino cum saxo dolo-

mitico conferruminato nec tenuissimo contigo statim differt. A *Sagedia cataractarum* Hepp, *S. Zwackhii* ejusd., *S. Bulbulcae* Anzi differt apotheciis et ambitu sporarum, et a *Thelidio Montini* Beltram. Lich. bassan. p. 248. t. 3. fig. 1—4, cuius forma sporarum convenit, apotheciis recedit semiimmersis et late truncatis.

Habitat ad saxa calcarea montis Ross-Stock Alpium helvet. ubi detexit cl. Ant. Gisler sen.

### L i t e r a t u r.

**Die Pilze. Eine Anleitung zur Kenntniss derselben von Dr. Otto Wünsche, Oberlehrer am Gymnasium zu Zwickau. Leipzig, Teubner.**

Die einleitenden Abhandlungen über die Pilze im Allgemeinen, dann über die Haupt- und Unterabtheilungen derselben, welche den betreffenden Abschnitten der vorliegenden Schrift voranstehen, dürfen ihren Zweck, einen Einblick in das Wesen und den Charakter der gedachten Gruppen zu verschaffen, entsprechend erfüllen. Von den zum Bestimmen der Pilze beigegebenen Tabellen wird jene, welche sich auf äussere augenfällige Merkmale gründet, sich als sehr brauchbar erweisen; auch die Tabelle zum Bestimmen der Gattungen und Arten der Blätterpilze nach dem Standorte kann, vorzugsweise dem Anfänger, gute Dienste leisten; aber die Tabelle zum Bestimmen der sogenannten mikroskopischen Pilze nach dem Substrate dürfte sehr oft nicht zu dem gewünschten Erfolge führen. Was die Aufzählung der Gattungen und Arten betrifft, so erscheint es als selbstverständlich, dass in einer 322 Octavseiten umfassenden Schrift eine den gesammten in Betracht kommenden Stoff auch nur annähernd erschöpfende Arbeit nicht geboten werden kann. In welchem Verhältnisse in dieser Hinsicht die einzelnen Hauptabtheilungen der Pilze bedacht worden sind, geht daraus hervor, dass den Basidiomyceten nahezu 200 Seiten eingeräumt wurden, während die übrigen Hauptabtheilungen auf etwa 120 Seiten untergebracht sind. Wie umfanglich am ausgedehntesten, so sind die Basidiomyceten auch bezüglich ihrer Gliederung und Einzelbeschreibungen am gelungensten bearbeitet und es kann hiedurch der Anfänger in dieser Materie befähigt werden, sich bald zurecht zu finden. Von den untern Hauptabtheilungen der Pilze sind die Gattungen und Arten oft

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1877

Band/Volume: [60](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 471-479](#)